



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Totivs Tractatvs De S. Matrimonij  
Sacramento R. P. Thomæ Sanches E Soc. Iesv**

**Sánchez, Tomás**

**Coloniæ Agrippinæ, 1624**

I. Raptus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41559**

reservatur filiis prioris matrimonij, quamvis coniux ille superstes non transeat ad secundas nuptias, lib. 7. d. 89. n. 33. Au debeatur coniugi pauperi habenti patrem, & filios diuites? Non resolutus Doctor, ibi.

R

## Raptus.

**R**aptus nubens raptor, non amittit lucrum, quod lex ciuilis deferebat, iure canonico prædictam legem corrigente, l. 7. disp. 12. n. 28.

2 Raptor cum fautoribus incurrit omnes pœnas contentas in Conc. Trid. Sess. 24. de matrimonio, cap. 6. post sententiam iudicis, excepta excommunicatione, quæ est latæ sententiæ, l. 7. disp. 13. nu. 1.

3 Raptus causa ineundi matrimonium cum traductione de loco ad locum, siue sequuta copula, siue non, siue virginis, siue corruptæ fit, siue meretricis, siue in honestæ coniugatæ, dirimit sponsalia, & matrimonium, dum raptus est in potestate raptoris, & est locus omnibus pœn's Conc. Trid. At raptus, quando est species luxuriæ, non dirimit. Vel si rapiat, non ut secum, sed cum alio contrahit, nemine petente. Vel si fœmina volens abducta sit, quamvis postea voluntatem mutet. Vel si solis precebus, aut conducta extrahatur, aut dolis. Vel si extrahatur virgo consentiens, ignorantibus tamen parentibus. Deniq; item non comprehenditur in hoc decreto raptus propriæ spon-

sæde

æ de futuro, reclamantibus proprijs parentibus, lib. 7. dissp. 13. à n. 2. usq; ad 18.

4 Raptus alienæ sponsæ, licet raptæ postmodum raptui assensum præbeat cum traduzione loci ad locum causa contrahendi matrimonium cum illa, impedit hodie matrimonium: ita ut raptor ille, nec cum raptæ, nec cù alia quacunq; possit inire matrimonium. Nō tamen contractum dirimit. Secūs dicendum, si raptus sit utroque sponte consentiente. Item signorante sponso raptus sponsæ consentientis fiat, aut viro dolis circumuento, lib: 7. dissp. 12. à n. 41. usq; ad 49.

5 Malitia raptus, quartenus est circumstantia in confessione satenda specie distincta à luxuria, ea est, quod homo affectu luxuriæ impulsus eò perueniat, ut quo libidinem expleat, vim inferat fœminæ, aut his, sub quorum protestate ac cura est. Vnde quāuis ad pœnas raptoribus iure decretas incurendas desideretur violenta de loco ad locum abductio, at in foro conscientiæ, ut raptus sit circumstantia specie diuersa à fornicatione necessariò consitenda, id non desideratur, sed sufficit quomodo cumque vim inferre fœminæ ad copulam extorquendam. Idem dicendum consentiente fœmina ducta importunis precibus. Item fœmina abducta inuita sui iuris, & post volente cognitâ, aut è contra. Item si consentiente fœmina, inuitis parentibus abduatur. Item est raptus circumstantia, quamvis fœmi-

fœmina sit cuiuscumque status: id enim nihil refert: nisi vir rapiat uxorem. Verum scilicet dicendum, quando fœmina cognoscitur ignorans, aut dormiens sine vi. Item quando sit sine causa libidinis, sed aliâ causa. Erit tamen reductio raptus, quando puella abducitur ignorantibus parentibus, aut tutoribus, l. 7. d. 12. à nn. 30. usq; ad 40.

6. Mulier rapiens virum, vel aliam mulierem, non subditur eisdem poenis raptus, sed alia poena extraordinaria punienda est, lib. 7. disp. 12. nn. 25.

7. Ad raptum poenis iuris subiectum quadruplex conditio desideratur. 1. Ut adsit violentia. 2. Ut fiat causa libidinis. 3. Ut sit traductio de loco ad locum. 4. Ut mulier rapta sit honestæ vitæ, lib. 7. disputat. 12. à num. 1. usque ad 23.

*De Religione, &c. Religioso.*

1. Religionem ingredi licet post matrimonium ratum, ita ut vinculum talis matrimonij omnino dirimatur solemnni religiosi professione per alterum contrahentium emissam, & coniux manens in seculo liberè possit ad alias nuptias transire, lib. 2. disp. 18. num. 3. non tamē dirimitur matrimonium ratum per vota emissa ab illis, quas vocant Beatas non seruantes clausuram, quia non sunt religiosæ: quod de ijs quoq; qui simplicia dūtaxat vota emittunt in tertio ordine S. Francisci, dicendum est. Et de eremitis hoc tempore, num. 4. & 5. Et de al-

cen-